

# **STATUTS**

**DE**

**PIERRE, COMTE DE SAVOYE,**

**SUR LA PROCÉDURE ET LES NOTAIRES**

**DANS LE COMTÉ DE SAVOYE.**

# Statuts

DE

## PIERRE, COMTE DE SAVOYE,

SUR LA PROCÉDURE ET LES NOTAIRES

DANS LE COMTÉ DE SAVOYE.

(Copie antique, non datée, non vidimée et non scellée).

(Cahier en parchemin de quatre feuillets, petit in-4<sup>0</sup> de cinq pouces environ, écriture du XVème siècle, rempli d'abréviations, de corrections et de répétitions du copiste. — Communiqué par M. Secretan, président du Tribunal d'Appel, octobre 1837).

(On lit au dos: Sunt Statuta; Comes Petrus (sic).

N. B. On a ponctué la présente copie, pour en faciliter la lecture.

—  
Nos Petrus <sup>1</sup> Comes Sabaudie <sup>2</sup> et inter alia marquio (sic). Universis presentes litteras inspecturis rei geste noticiam salutem ; secum Cupimus fieri universis tam presentibus quam futuris quod nos volentes providere utilitatem necnon expensis <sup>3</sup> adque laboribus hominum omnium tam nobilium quam innobilium , adque clericorum seu religiosorum , burgensium , rusticorum seu agricolarum et omnium aliorum locis Comitatus Sabaudie , in judiciis , causis et litibus , rancunis et queremoniis que fiunt vel in futurum fieri possent seu moveri intendunt <sup>4</sup> ipsos ; dicta judicia , causas et

<sup>1</sup> Le Comte Pierre , dit le Petit-Charlemagne , entra en possession de ses Etats en 1263 et mourut en 1268.

<sup>2</sup> Inter alia ; entre autres (titres).

<sup>3</sup> Adque pour atque . Le manuscrit est ici très fautif.

<sup>4</sup> Le mot inter aura été omis.

lites, rancunas et queremonias quarumque predicta fierent et moverentur inter ipsos, agendo, accusando, in requirendo et denunciando, excipiendo, vel in aliquo quoconque modo; de voluntate et consensu nobilium, innobilium Comitatus Sabaudie et burgundie sic statuimus et ordinamus.

*De causis rusticorum et miserabilium personarum.*

In primis statuimus enim quod cause rusticorum, viduarum et orphanorum, peregrinorum, transientium et mercatorum, extraneorum et miserabilium personarum, sine scriptis et libelli<sup>5</sup> oblatione, absque dilatione deciduntur et terminentur per judicem nostrum, habita tamen a judice ratione personarum et cause et salvo quod judex noster Comitatus Sabaudie ex officio suo petitiones predictorum redigat inscriptis in libro curie nostre et responsiones etiam et sententias et conscriptum ipsorum in scriptis tradat si petatur<sup>6</sup> ab eis, sine mora et dilatione, processuris in predictis causis; nisi fuerit causa minor XXX solidis, quæ volumus terminari et decidi per dictum judicem sine aliquis scriptis.

*De causis impotentium terminandis.*

Item statuimus quod si aliquis pauper homo comitatus, propter potentiam adversarii sui vel propter paupertatem suam, non possit tenere vel contrectare causam suam, quod

<sup>5</sup> *Libelli oblatione.* *Libellus* est la demande judiciaire rédigée par écrit.

<sup>6</sup> Il paraît que dans ces causes privilégiées le Prince voulait qu'en évitation de frais le juge ne transcrivit point le procès rédigé sommairement sur son registre et n'en fit point l'expédition aux parties si elle n'en faisaient pas la réquisition expresse.

judex noster ex officio suo inquirat de jure ipsius pauperis vel inpotentis, vocato reo et inquisita veritate ab eo, jus suum pauperis hominis vel inpotentis integriter reddat et restituat, seu reddi et restitui faciat, pauperem et inpotentem intelligimus, arbitrio<sup>7</sup> judicis.

*De causis in quibus libellus non offertur.*

Item statuimus quod omnes alie cause que movebuntur et fient de cetero in comitatu Sabaudie inter predictos homines comitatus, que non adcedunt summam C solidorum fortium, cujusque condicionis fuerint, decidantur et terminentur sine libelli oblatione et salvo semper quod judex petitiones actoris in scriptis redigat in libro suo, vel in actis curie, et responsiones et etiam sententiam, nisi causa illa esset minor XXX solidis, et causa illa decidatur sine aliquibus scriptis per dictum judicem.

*De causis in quibus offertur libellus.*

Item statuimus quod in omnibus causis, litibus et controversiis, que \* de cetero movebuntur et fient inter predictos homines adcedentibus summam C solidorum fortium offeratur libellus sive petitio in scriptis, si petatur a reo<sup>8</sup>.

*De exceptionibus dilatoriis non admittendis.*

Item statuimus et ordinamus quod postquam partes ydonæ

<sup>7</sup> Il est laissé à l'arbitrage du juge de décider qui doit être réputé pauvre et jouir du bénéfice de la loi.

<sup>8</sup> Il était loisible au défendeur de dispenser le demandeur, même dans le cas donné, de la production d'une demande par écrit.

\* D'ors-en-là.

et legitime fuerint coram judice<sup>9</sup> quod nulla exceptio dilatoria vel cavillatio proponatur que possit litis contestationes seu contestationis impedire<sup>10</sup>.

### *De injuriis dictis coram judice.*

Item statuimus quod si aliquis dixerit injuriam , seu verba contumeliosa vel injuriosa , coram curia vel judice nostro , incontinenti solvat, pro banno , XL solidos vianenses vel statim satisdet ydonee de ipsis solvendis , infra decem dies , et si satisdare non potuerit , fustigetur per villam , vel ponatur ou *pilorit*, vel interdicatur sibi terra, secundum officium , vel incarcерatur, secundum qualitatem , preterea et nichilominus emendetur injuria passo.

### *De litis contestatione.*

Item statuimus quod si petitio de cetero fiat coram judice ab aliquo alicui reo et responsio subsequatur, licet predicta non fuerint in scriptis curiae , valeant perinde ac si predicta scripta essent in libro curie , si predicta possint probari per duos testes.

### *De officia avocatorum.*

Item statuimus quod , post sacramentum calumpnie<sup>11</sup>,

<sup>9</sup> *Partes idonee et legitime.* Malgré son zèle à prohiber toute chicanerie inutile , le Comte voit la nécessité de régulariser la comparution des parties.

<sup>10</sup> Cette répétition, dont on ne voit pas trop le sens , fait soupçonner quelque vice dans le manuscrit.

<sup>11</sup> « Post sacramentum calumpnie » ; on disait plutôt *juramentum calumniæ*. C'était un serment par lequel le demandeur était tenu d'affirmer, dès l'entrée de la cause , qu'il n'agissait que par le sentiment de son bon droit et nullement par aucun motif odieux. Il paraît qu'en Savoie

nullus avocatus det consilium parti sue in responsionibus faciendis positionibus alicujus partis, et si quis fecerit, pro qualibet vice solvat pro banno XX solidos, nisi positiones essent duplices, ambigue vel obscure, vel impertinentes, in quo casu, possit avocatus petere declarari positiones parti sue, de licentia judicis tamen; hanc autem penam non incurvant avocati extranei nisi prius certificati fuerint de statuto. Item statuimus quod, si aliquis avocatus clericus in dictam penam inciderit, ab advocatione in dicta curia nostra vel coram judice nostro, repellatur donec predictam solverit.

### *De pignorationibus.*

Item statuimus quod nullus dicti comitatus gagiet vel pignoret pro aliquo debito sua auctoritate, nisi in causis concessis a jure, vel pro censu, vel pro servicio annuali confessato, vel pignoretur aliquis inventus in fondo alieno, dando dampnum, et si quis fecerit, solvat LX solidos pro banno, et incontinenti dictum pignus reddat et restituat gagiatu seu pignorato, probata pignoratione vel gagiatione, et omne dampnum quod inde habuerit vel receperit, sacramento pignorationis, facta prius cassatione judicis.

### *De spoliationibus et injuriis.*

Itém statuimus quod nullus dicti comitatus spoliet vel devestiat alium sua autoritate alicujus rei possessione mo-

ce serment se prêtait plus particulièrement, ou se renouvelait, lorsqu'une des parties étant appelée à jurer dans sa cause il lui avait été fourni des interrogations (*positiones.*) A cette époque de la procédure, il était défendu à l'avocat de donner des conseils à son client sur le sens dans lequel celui-ci devait diriger ses réponses.

bili vel immobili; quod , si quis quidem fecerit , solvat probanno LX solidos et incontinenti possessio restituatur spoliato , probata spoliatione ab eo , et omne dampnum quod inde fecerit , vel sustinuerit spoliatus, facta prius cassatione judicis.

### ***De injuriis.***

Item statutum quod , in causa violencie , injurie, a quo- cunque facte , procedatur simpliciter et de plano , sine strepitu judicii et libelli oblatione , et inquisita veritate , ipsam judex faciat emendari et puniat violenciam injuriantis secundum qualitatem personarum , denunciatione tantum alicujus , vel fama publica procedente injuriantis vel injurianti<sup>12</sup>, et secundum qualitatem injurie vel violencie.

### ***De notariis.***

Item statuimus quod omnes notarii sive tabelliones qui fecerint vel facere voluerint instrumenta vel cartas , examinentur per judicem nostrum , et inquiratur si intelligunt grammaticam et latinum et ea que pertinent ad officium notarie vel tabellionatus , et si qui reperiantur qui predicta sciant , admittantur ad instrumenta vel cartas conficiendas, alioquin repellantur a dicto officio exercendo donec docti et instructi in dicto officio fuerint et experti.

<sup>12</sup> *Iniurianti*; lisez sans doute : « *iniuriati* ». Le sens général de cette disposition est : qu'en cas de violence, le juge soit tenu de procéder d'office et sommairement ; que tout le monde soit admis à dénoncer le fait (ce qui s'appelait chez les Romains *actio publica*) ; que le juge puisse agir sur la rumeur publique ; enfin , qu'en jugeant il ait égard à la bonne ou mauvaise réputation de l'injuriant et de l'injurié et à la qualité des personnes .

Item statuimus quod nullus tabellio fiat a nobis vel successoribus nostris, donec examinentur, vel inquiratur per aliquem jurisperitum, si est ydoneus, vel eris(sic), ad dictum officium exercendum. Item statuimus quod omnes notarii seu tabelliones qui sunt vel erunt in comitatu Sabaudie qui voluerint facere cartas vel instrumenta , ea primo <sup>45</sup> inbrevent in cartulariis suis et omnia ponant in breviatura que postea erunt in cartis vel instrumentis , et hec faciant dicti tabelliones antequam recitent vel narrent partibus ea de quibus erunt facturi instrumenta vel cartas , coram testibus vocatis et rogatis et coram partibus , et , post abbreviaturam lectam coram testibus et partibus et approbatam, nichil addatur vel minuatur postea per tabelliones de consilio jurisperiti vel sine eius consilio ; de sustancia tamen contractus perficiatur.

Item statuimus quod omnes tabelliones sive notarii habeant breviarios suos seu libros in quibus ponant inbreviaturas suas quas facient, ut diximus superius, et ea diligenter custodian , ut , si opus esset , possit fieri collatio de instrumentis ad inbreviaturas, vel de inbreviaturis ad instrumenta. Item statuimus quod omnes tabelliones qui erunt in Comitatu Sabaudie, postquam instrumenta vel carte fuerint abreviata, teneantur facere cartas seu instrumenta infra mensem quo per ipsos fuerunt abreviata ; alioquin solvent pro banno V solidos singulis mensibus, donec instrumentum sive carta fuerit confecta.

### *De redditione cartarum et instrumentorum.*

Item statuimus quod omnes illi qui facient fieri instru-

<sup>45</sup> «*Imbrevient in cartulariis* » Les notaires ne pouvaient faire lecture d'aucun contrat aux parties et aux témoins avant de l'avoir écrit dans leur *imminutaire*. Cette écriture en abréviation, suivant l'usage de ces temps-là, était appelée *imbreviatura*.

menta sive cartas alicui tabellioni teneantur ipsas redimere infra XV dies postquam requisiti fuerint a tabellione , qui, si hoc non fecerint , solvant pro banno V solidos et hoc singulis mensibus postquam fuerint requisiti.

Item statuimus quod quicunque de Comitatu Sabaudie habuerit litteras vel instrumenta sigillatas vel sigillata sigillo nostro vel judicis nostri , super aliquo debito vel contractu , incontinenti , ipso ostendo judici nostro , teneatur judex noster compellere reum ad solutionem faciendam vel rem tradendam que continebitur in dicta carta vel in littera , nisi reus posset probare solutionem vel aliam satisfactionem factam fuisse , vel dictam cartam seu instrumentum vel litteram de jure non valere.

Item statuimus quod in omni instrumento seu carta quod vel que sient de cetero ab aliquo tabellione in Comitatu Sabaudie opponantur <sup>14</sup> tres testes ad minus , fideles et qui agnoscant contrahentes si reperiri potuerunt ; alioquin quos ponat <sup>15</sup> duos quos reperire potuerit meliores et digniores.

### *De Perjurio.*

Item statuimus quod omnes illi qui probati fuerunt vel convicti de perjurio in Comitatu Sabaudie , excepto sacramento calumpnie <sup>16</sup> , solvant pro *pro* (sic) banno LX solidos , nisi possent probare se justa vel honesta causa <sup>17</sup> degre-

<sup>14</sup> «Opponantur» ; lisez : *apponantur*.

<sup>15</sup> «Quos ponat» ; lisez : *quod ponat*.

<sup>16</sup> «Excepto sacramento calumniae» Nous avons vu que ce *juramentum calumniæ* portait sur la pureté du motif qui fait agir le plaideur. Or, il eut été bien imprudent, dans une matière aussi délicate, d'ouvrir la porte à une dénonciation de parjure.

<sup>17</sup> *Degerasse.* » Ce mot barbare viendrait-il de *degere* ? — Alors la phrase pourrait signifier : « à moins que celui qui est accusé de parjure ne puisse prouver qu'il s'est conduit d'après un motif légitime et honnête. »

rasse. Item statutum est quod nulla carta fiat , seu instrumentum , in nostro Comitatu Sabaudie , de cetero rasa<sup>18</sup> in aliqua parte.

*De Notariüs ; quantum debent recuperare pro scriptura.*

Item statuimus quod pro cartis vel instrumentis que sient de cetero in Comitatu Sabaudie ab aliquibus tabellionibus , seu notariis, non recipiant tabelliones , seu notarii , ab illo qui fecerit fieri nisi duos denarios pro libra , eo salvo quod , si carta facta fuerit usque ad LX solidos vel infra , recipiat notarius pro carta et inbreviatura VI denarios , et , si ultra processerit , usque ad XII libras , recipiat pro qualibet libra II denarios , et si ultra XII dictas libras , usque ad centum libras processerit , solvat pro qualibet libra I denarium ; et hoc intelligimus de quantitatibus que sunt a XII libris usque ad centum libras , et , si ultra , solvat pro carta , seu littera , X solidos monete in dicto instrumento contempte (sic) , nisi sint res immobiles , que habeant necesse terminari et pecuficari<sup>19</sup> per duos testes vicinos fondos<sup>20</sup> , et tunc habeat et percipiat notarius ad arbitrium judicis , et nichil ultra ; et si ultra receperit , puniatur ut latro . Verumtamen , si contrahentes volunt tabellionem ducere extra villam in qua moratur , recipiat pro labore suo , pro qualibet leuga , XII denarios .

Item additum est , emendando , declarando proximis statutis notariorum , quod , omnia instrumenta , tabelliones

<sup>18</sup> « *Carta de cetero rasa in aliqua parte.* » Aucun acte notarié à l'avenir ne doit être raturé , ni offrir d'altération suspecte.

<sup>19</sup> « *Pecuficari* » ; lisez : « *specificari* . »

<sup>20</sup> « *Fondos* » ; lisez : « *fundi ou fundorum* . »

in Comitatu Sabaudie debeant sigillo curie sigillare, facta prius collatione coram judice de inbreviatura ad instrumenta , et antequam sigillentur non adhibeatur fides predictis instrumentis ; postquam vero sigillata fuerint habeant vim rei judicate et judex teneatur ea executioni mandare , sine aliqua prestatione data, nisi reus probet solutionem, vel opponat exceptionem perhentoriam <sup>21</sup>, que post dissimilatam sententiam de jure posset opponi ; aliter non admittatur, et , si contingit exceptionem perhentoriam opponi <sup>22</sup>, que admitenda sit de jure, qualibet pars deponat tantam pecunie quantitatem quam solum solveret pro datis de causis ordinariis; sententia autem lata super exceptione opposita , vi centi *vicenti* (sic) suum depositum libere restituatur et ad dominum Comitem veniant.

Item additum est quod quicunque est vel esse fuerit tabellio in Comitatu Sabaudie quod ipse juret publice incontinenti se observaturum statuta supradicta ad litteram , prout jacent , videlicet illa statuta que facta sunt super tabellionatu, et quod ipse dicta statuta habeat secum, ut ea possit melius observare ; quae omnia et singula, nisi fecerit et observare noluerit, ab inde in anthea, non detur fides scripturis suis quas postea confecerit, et etiam contra eum procedatur, si hoc judicii videbitur expedire de jure , et sicut ei videbitur.— Item additum est quod notarius, sive tabellio, usque ad quantitatem XII librarum habeat pro scriptura sua

<sup>21</sup> « *Perhentoriam* » pour « *peremtoriam*. »

<sup>22</sup> Le juge est tenu de pourvoir à l'exécution d'une obligation notariée. Le débiteur peut arrêter l'exécution en alléguant une exception préemptoire qui soit de nature à le libérer, si, dans le procès qui suivra, elle était trouvée bien fondée. Le restant du passage demeurera toujours obscur, tant que l'on ne connaîtra pas la procédure usitée dans ce temps-là ; car ceci n'en est qu'une disposition supplémentaire.

et pro inbreviatura instrumenti VI denarios monete contempte (sic) in dicto instrumento , et , a XII libris supra , usque ad quantitatem LX librarum , XII denarios ejusdem monete ; a LX libris supra , quantumque quantitas adscendit , III solidos , tamen ejusdem monete in instrumento contempte . — Item ordinamus quod , ab inde in anthea , qui-cunque voluerit esse tabellio in Comitatu Sabaudie quociens inbreviauit instrumentum super rebus inmobilibus , vel fructibus vel redditibus ipsarum , quocunque contractu videlicet , quod ipse inquirat per juramentum ab alienatione <sup>23</sup> seu ab alienationibus , conveniente vel convenientibus juratis dicere veritatem : si dicte res quas alienare intendit vel intendunt sunt de dominio domini comitis Sabaudie , vel feudo , vel abergamento , vel \* emphetiosi (sic) , et si dictus comes debet ibi percipere laudomina <sup>24</sup> , vel terragium , vel si sunt de dominio alicujus subditi ipsius , vel feudo , et , quidquid super hoc invenerit , scribat in registro suo alibi quam in breviatura , et postea dicat alicui de officiariis domini comitis per juramentum , videlicet judici vel ballivo vel castellano illius terræ . Et illud idem dicat aliis dominis , si requisitus fuerit super hoc ab eisdem . Ita quod nos et alii domini , per tales occultas alienationes , jure proprio non fraudemur , et etiam juret quod posse suo non faciet aliquas occultas de cetero inbreviaturas , nec instrumenta , super simulatis contractibus a partibus sine licentia judicis , et hoc inquirat a partibus per juramentum prestitum ab eisdem ; qui autem predicta statuta facta circa tabelliones de servatura jurare voluerit , vel si juraverit et ipsa noluerit obser-

<sup>23</sup> *Ab alienatione*; lisez : *Ab alienante seu ab alienantibus*.

<sup>24</sup> *Laudamina*. Lauds , droits de mutation. *Tewagium*, Tewage , Champart , redevance annuelle.

\* Emphythéotique.

vare, penis subjaceat supradictis. Item additum est quod quicunque sciens quod tabellio non velit jurare, et, ab inde in anthea, sibi fecerit fieri instrumenta, pro quolibet instrumento facto, solvat pro banno LX solidos, et instrumento non detur fides.

*De expensis datarum<sup>25</sup>.*

Item statutum est quod super qualibet causa que vertebitur coram judice nostro levantur expense de qualibet parte, pro qualibet libra VI denarii videlicet; in litis contestatione, medietas, scilicet tres denarii pro singula libra, pro qualibet parte; in fine litis coram judice nostro, vel per ipsum terminetur<sup>26</sup>, alii tres denarii, sive alia medietas; et hoc intelligendum est si pecunia petatur, sive res alie que extimabuntur per sententiam vel preceptum judicis.

*De redemptions instrumentorum.*

Item statutum est quod quicunque vel quecunque instrumentum, sive cartam, de quo, vel de qua, sibi plene satisfactum fuerit, per octo dies postquam requisitus fuerit, vel requisiti, retinuerint, vel non reddiderint, a dictis octo diebus ulterius, solvat pro banno V solidos pro qualibet die qua reddere cessaverit, nisi se excusare possit aliqua necessitate, vel quia amisit instrumentum, vel aliâ justâ, de causa quacunque instrumentum, sive cartam, se amisisse dicat; necesse habeat amissionem vel necessitatem asserere juramento, et juret se amisisse; teneatur suis propriis sumpibus facere instrumentum contestationis, et pacis, et finis,

<sup>25</sup> *De expensis datarum.* Pour expliquer ce dernier mot, il faudrait connaître la procédure de cette époque. On le trouve déjà plus haut: p. 224, ligne 11: « *Solveret pro datis de causis ordinariis.* »

<sup>27</sup> *Vel per ipsum.* Il manque ici quelques mots; peut-être: *anon.*

et ipsum instrumentum debiti quotienscumque inveniri potuerit restituere debitori.

*De redditione pignorum.*

Item additum quod creditores vel creditrices , pignora que sibi redduntur a suis creditoribus <sup>27</sup>, vel fidejussoribus, servare teneantur et custodire, antequam ipsa vendant, octo dierum spacio , a tempore redditionis numerandorum , et illi quorum pignora sunt, vel pignora reddiderunt, ipsa recuperare possint semper infra VIII dies , sine aliquo lucro vel gratia, hoc salvo : quod, si pignus tale est quod comedat vel expendat, comediones possit recuperare dictus creditor cum suo debito ; quo octo dierum spacio transacto , dicti creditores pignora vendere possunt legaliter, omni fraude exclusa, publice in mercato, facta preconisatione per totum mercatum , et non alia die quod die fori. — Item additum est quod quicunque vel quecunque pignus emerit per octo dies post , a tempore emptionis numerandos , ipsum pignus emptum penes se servare , seu custodire , teneatur, et ille qui pignus reddiderit, vel cuius est , ipsum ab emptore recuperare possit , pretio quo is dedit emptor, semper infra octo dies , sine aliquo lucro et sine gratia ; hoc idem si pignus tale quod comedat, expensas et comediones recuperare possit dictus emptor cum precio supradicto.

(Une main montrant avec l'index) : Vide et considera.

<sup>28</sup> *A suis creditoribus.* Ici le texte est fautif ; il faudra lire *debitoribus*. De plus, l'expression *redduntur* est vicieuse, puisqu'il s'agit des gages qui sont remis au créancier pour la sûreté de la dette.